

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Hugonis Grotii De Jure Belli Ac Pacis Libri Tres**

**Grotius, Hugo**

**Hagae Comitis, 1680**

Cap. III., de facilitate

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-868](#)

Cum maximus sit usus Dispensationum circa leges pœnales, 14  
scindum est, in iis delictis, quæ pœnam ex sua natura com-  
mensuratam habent, ut est pœna mortis in homicidio deliberato.  
Dispensationem justam esse non posse: in aliis autem, quæ na-  
turaliter illicita sunt, posse per Dispensationem pœnam alterari,  
dum ne æqua proporcio & publici exempli ratio negligantur,  
toli autem omnino non posse: in his autem, quæ sunt civiliter  
illicita, eatus in pœna posse dispensari, quatenus in ipsis legi-  
bus; si scilicet non sint tales, quæ semper, & in omnibus servan-  
dæ sint.

An Dispensatio non justa de causa facta, vim habeat, quæri 15  
potest? Distinguendum putamus: aut enim contra jus Naturæ,  
Gentium, & Divinum facta est Dispensatio, & vim nullam ha-  
bet; non tamen possunt judices, (verante loqui, summam in  
Republica potestatem habente) jus illud, super quo dispensatum  
est exequi; cum vis omnis coactiva à summa potestate pendeat,  
neque contra ejus voluntatem debeat exerceri: Aut verò contra  
jus Civile & domesticum; & valere credimus Dispensationem  
non juste factam. Sicut enim lex, quamvis utilis, non obligat,  
nisi lata sit; ita etiam non obligat, quam legislator solvit. perinde  
enim est, ac si cum exceptione lata esset. neque tamen eos pecca-  
re negamus, qui Principem inducunt aut orant, ut ipsorum aut  
aliena causa Dispensationem non justam faciat.

Observandum est, in his legibus quæ in solius legislatoris utili-  
tatem latæ sunt, puta de rebus ipsis propriis, Dispensationem ju-  
stam esse sine ulla causa. facit enim hanc non ut legislator, sed ut  
Dominus; ideoque hæc non Dispensatio sed Donatio est quædam.  
talis est multis in locis venationum permisso, confiscationum re-  
demptio, & similia.

### C A P. III.

#### De Facilitate.

Facilitas virtus voluntatis, prona ad remittendum jus 16  
sibi competens, pacis aut humanitatis causa. ducta autem  
videtur metaphora ab eo genere materie, quod opifici  
cedit & durum se non præbet: unde & homines juri suo no-  
rigide inhærentes, sed aliquantum cedentes, faciles dici cœpe-  
runt.

Hæc cuivis competit, qui alterum sibi ex contractu aut delicto 2.  
obligatum habet; maximè autem versatur circa leges, longius ab  
æquitate naturali recedentes, qualis est de jure belli, de præscri-  
ptionibus, de jure commissi & similibus.

Facilitas autem quae circa pœnas alicui debitas versatur, Clemencia proprie dicitur, quam proinde etiam privatis competere affirmamus.

Apparet ex his quæ diximus, nullam harum trium virtutum cum Justitia pugnare. Non Aequitatem, quia justitia legi obsequitur, non secundum verba, sed mentem legislatoris, & secundum verum ordinem legum. Non Indulgentiam & Dispensationem, quia lex cestat, ubi solvit legislator. Non denique Facilitatem, quia lex ei, cui tribuitur, eo jure uti non imperat.



### CAP. III.

#### De Facilitate

in pœnæ cunctæ hæc esse posse, si tamen legi cœlum. Alii  
mores alibet. Quo similitudinem, quæcumque est, non  
poterit habere, nisi cœlum hoc est. Nam cœlum non est nisi  
est potius pœna. Non enim pœna est cœlum, sed cœlum est  
pœna.

ad cœlum non potius pœna est, sed pœna est ad cœlum. Hoc  
est quod dicitur, quod pœna est ad cœlum, non est cœlum  
ad pœnam. Cœlum non est pœna, sed pœna est ad cœlum.